AUGUSTINUS. ETC.
12. Jh. Seite 25v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gaudete ergo quia dominus noster reuelauit nobis quod absconditum uideis
inimicis suis esse uoluit. Si enim uellet manifestare secre
ta eis. in parabolis non loqueretur. Sed ideo locutus est uideis in parabo
lis. quia prescit eos futuros crucifixores suos. et nec alius ordo erat
qua transiret ad nos. nisi ut animam nostram offeramus contribulatam.
quia prope est dominus his qui obtinuerunt cor. et humiles spiritu saluabit. Nul
lus asperam habeat presentis uite tristiciam. quia sola est que in futuro
repraesentat perpetuam leticiam. Vos qui fortes estis infirmitatem infir
morum tolerate et pro inuicem ut saluemini orate. Caritatem diligite
pacem possidete. iram temperate. oculum pudicicius agite. humanam
gloriam appetere nolite. innocentes et recti in deo permanete. ut ibi
de uobis gaudeat mater ecclesia. que deo cottidie mittit proficientium
lucra. ut uenientes in sanctum locum illum secretum tribunalis christi.
dicat de uobis filius. ecce ego et pueri quos dedisti michi.

De eo quod scriptum est in psalmo. cxviii. Bonitatem fecisti. cum
seruo tuo domine. secundum uerbum tuum.

Benignitas dei et domini nostri ihesu christi bonitas lux in nobis ut tene
bre peccatorum nostrorum longe essent a nobis. Quid enim benignius quid
sanctius. quid clementius nisi ut animam suam poneret pro ouibus suis. Nec
enim tantam bonitatem possumus enarrare ut deus induceret car
nem uirtus fragilitatem. possibilitas passionem. tota leticia tole
raret tristiciam. et usque ad passionem crucis ueniret exprobrari. ex
alapari spinis coronari felle acetoque potari. cum iniustis de
putari flagellari et omnia que pertulit pro nobis uerum pertulit nisi ab o
nitate quam ab ipso datam cognoscimus in nobis. Bonitatem fecisti
cum seruo tuo domine secundum u. t. Quam bonitatem infudit bonis